



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

SVb idem tempus HEISTERBACI in *Leobergica Montium prefectura*, transitus venerabilis GODSCALCI ex *Volmundstein*, cuius erat spectata religio. Viris apprimè modestus, Germanum sese eius ordinis filium Virtutibus Regularumq; observantiâ ostēdens, Vir inquā verè humilis & miræ patientiæ; libentissimè, quidquid domi pérgrave & abiectum erat, subiens. Tandem cum vitam consentaneam, ex S. BERNARDI Patris institutoris sui spiritu ductis virtutibus exornâsset, honoribus repudiatis, maluit inter suos Ascetas piè latère, quàm vanè alibi patère; solique *servatori suo* CHRISTO servire: quem, ut *unicum amorem suū in sacra SYNAXI latentem* quoties contemplatus fuit, toties *astu absumentum* existimâsset, nisi illum *oculorum sacrâ undâ* temperâsset, quem jam cælo adscriptus, de facie in faciem, æternitate nullo fine terminandâ contemplatur. *Ex Appar. Geleniano.*

VIII.

BR V N O *illustri Comitum Altenanorum familia oriundus*, invitus planè ex *Prapósito Episcopus Coloniensis* 46. renuntiatus, suæ ætatis *Episcoporum Speculum, Cleri Norma*, de quo *illustre illud*